



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Cæcilia V. & M. 22. Novemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

• 350 (§ 10)

fore ut illi soli & semper, servires? sed (quæ tua ignia via est) promissis non stetisti. O virgo! offeras me, precor charissimo filio tuo; non committam deinceps, ut alteri serviam, *In Christianis non laudantur initia, sed finis.* Hieron.

S. CÆCILIA V. & M.

22. Novemb.

*Ecce! venio citò: tene, quod habes,
ut nemo accipiat coronam tuam.*

Apoc. 3.

Si quæris, quod intercinentibus Organis Cæcilia carmen dederit, illud respondeo, quod illæ quæ agnum sequuntur, Virgines, sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem Virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum Custodem è cœlo Angelum haberet. Hunc coram intueri cum ille percuperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori prius baptismatis undâ elueret. Eluit, & voti mox compos formosissimum multaque luce vescitum Ephebum vidit, qui certo nobili utrumque

coro-

tua igna.
eras me,
einceps,
nitia, sed
—
M.
abes,
uam.
rganis
ondeo,
gines,
ini in
cilicio
on ha-
n mo-
, cuius
Ange-
m ille
itione
un-
mpos
litum
mque
coto:
coronavit, & precantes miro odore perfudit.
Et fecit hic odor post Christum currere etiam
Tiburtium Valeriani Germanū, ambóq; ita
in stadio Christiano cucurrerunt, ut Bravium
Martyres obtinerent. Cæcilia è balnearum,
quas Tyrannus succenderat, flammis pul-
chrior, tribusque in collo vulneribus velut
totidem monilibus ornatior cùm triduum
supervixisset, ædésque suas in templum ver-
tisset, martyrum vestigia velut paranympho-
rum insistens, cælum & ipsa petiit, & Agno
denique nupsit minimè sterilis Virgo, ut quæ
moriens uno partu Christo CCCC. peperit.

Ex Metaph.

M E D I T A T I O.

De recto usu gratiarum Dei.

1. **N**ulli non sufficit gratia, ad destinatam ipsi san-
ctitatem; & ea quidem gratia crescit crescente
cooperatione, ut in Valeriano videre est, qui à casti-
tate ad Baptismum, à Baptismo ad Martyrium gradum
fecit. Quot gratias rejicis? Quot spernis? **O**mnes no-
bi causamur deesse gratiam, sed justius ipsa sibi queritur, de-
esse non ullos. Bern.

2. Quædam gratiæ sunt propriæ vocationis unius-
cujusque. quæ iis duntaxat dantur, qui dignè ambu-
lant in vocatione sua: his gratiis sic dulcescunt jejunia,
labores, austeritates, ut pii homines vel in durioribus
pœnitentiæ laboribus contenti ac hilares vivant, dum
in

In divitiis ac voluptatibus gemunt ii, qui vel cœco animi impetu, vel spe fortunæ amplioris, se induerunt in laqueos sæculi.

3. Si concessis tibi luminibus perperam abutaris, Deus movebit candelabrum, & alteri dabit gratias efficaces, quas tibi daturus erat. S. Mathias in locum proditoris Judæ suspectus est, & accepit coronam, quam is spseudo - Apostolus male tenuerat, Quanto dolore conficitur miser, dum hæc cogitatio animum ejus subit? Nunc in cœlis inter Apostolos federem, si meæ respondissim vocationi. O quam admirabilis est Deus intrahendo? o quam terribilis in deserendo! Aug.

S. CLEMENS Papa & Mart.

23. Novembr.

Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium. Christus Matth. cap. 25.

Prodiit Clemens è D. Petri schola: virtutis primò Magistri, tum infulæ etiam hæres inter Pont. Max. tertius numeratur impie-tatis sub Trajano accusatus & in exilium ultra Euxinum Pontū deportatus munere suo nec in ea quidem fortuna oblitus est fungi, docuitque bis mille Christianos, quos ad Latomias Tyrannus damnaverat, præter saxa è terra patien-

L
E